



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergæ, 1583

VD16 ZV 20638

Secvnda.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

PHILOS MORAL.

ma tabula, de quibus concionatur Euangelium. Iuxta primum preceptum, Fides, quæ est vera noticia Dei, timor Dei, Fides, quæ est fiducia rei conciliationis, dilectio, spes, tolerantia. Iuxta secundum preceptum, inuocatio, concio, confessio, gratiarum actio. Iuxta tertium, ministerij Euangelici, studiorum doctrinæ, & ceremoniarum diuinarum conseruatio. Vt autem sæpe dicitur, aliquam legis noticiam reliquam esse in natura hominis, etiam nõ renati: Ita sciendũ est, demonstrationes esse preceptorum Decalogi eruditissimas.

Distributio
tutum
trialogum.

PRIMA.

Sumta e a ca
effigite, qd pbat hanc dabo
ordinantiam
Dno creatori
Sumta e a
comparatione
a ca effici

Ut in naturalibus effectus pendet a sua causa, & quando non obtemperat, effectus destruitur. Vt infans in utero, quando rumpit fasciolas ante tempus, extinguitur: Sic effectus intelligens, pendet a sua causa, & cum ea congruere debet, non congruens rumpit fœdus, & relictus a prima causa extinguitur.

Homo est effectus Dei.

Ergo cum eo congruere debet, & non rumpere fœdus.

SECUNDA.

Imago debet congruere cum archetypo. Homo est conditus, vt sit imago Dei, vt etiam in veteri versu dicitur.

Exem

Manit. lib. 4.

*Exemplumq; Dei quisq; est in imagine parv.**Ergo congruere cum Deo debet.***TERTIA CLARISSIMA**
& firmissima.

Natura hominum condita est, præcipue ad agnitionem Dei, & vt in illa agnitione ei obediat, secundum totam legem naturæ, quia hæc obedientia & agnitio sunt propria opera hominis. Et vt sciamus hæc esse præcipua opera hominis, & necessaria, additus est carcer iudicium conscientie, & manifestæ pœnæ, quæ sequuntur atrocita scelera.

Ergo, cum Deus docuerit hanc obedientiam, & puniat non obedientes, necesse est ei obedire.

VIRTUTES SECUNDAE
D E T A B U L A.

In secunda primum constituitur imperium, quo homines ab hominibus gubernantur. Horum imperiorum fons est, gubernatio parentum. Est ergo prima virtus in hac tabula, iusticia vniuersalis in gubernante & subdito. Est autem iusticia vniuersalis obedientia iuxta omnes leges. Gubernator debet inferioribus hæc omnia, vt

regat